Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 1781

Quelle:
Copyright:

CODICES CASUISTICI.

DCCXLIII.

U. 633 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 71. 8. min. non una manu, nitide tamen exaratus, et rubricis distinctus Varia continet, quae per ordinem indicari merentur. Initium facit *Poenitentiale* hoc tenore: *Capitulum De homicidiis. Ex penitenciali romano. Feciſti homicidium voluntarie ſine neceſſitate non in hoſte* &c. Ita decurrunt Caſus cum adſignatione Poenitentiae, prout in *Burchardi Wormat. Decretis* L. XIX. c. 5. edit. *Colon.* 1548. *fol.* 188. et ultimus eſt: *Operatus es aliquid in die dominica? Si feciſti. III. diebus in pane et aqua peniteas.* Poſt quem clauſula miniata: *Hec omnia de canonibus et de ſanctorum patrum ſententiis. et de Jeronimo Auguſtino. Gregorio Theodoro* (Cantuar.) *et ex penitentiali romano uera collegimus. Et ut nulli neceſſe ſit perire. ſcientibus et intelligentibus*